



**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.**

Feria. v. de p[er]petua virginitate sancte marie virginis: que fuit vera  
mater d[omi]ni nostri iesu [christ]i. Sermo. v.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

Feria. V. post dñicā. I. aduentus.

dicere sufficiens de illius laudib⁹ que electa est vt de ea filius dei nasceretur? Deficit sensus p̄sternit̄ animus: et intellectus obnubilatur. Quis nā colliget vltis v̄bis et enarrabit: quāta fuit illi⁹ virginis singularis excellētia que placuit deo magis q̄ ois alia creatura? Multe em̄ fuerūt in hoc mūdo mulieres digne sancte: virtutibus adornate: et sempiternis seculis gloriose. Omitto eas quas pagani laudāt et de eis dico quas scriptura sacra cōmendat. Nōne magna fuit fides mulieris sareptane credētis verbis? Velie prophete. iij. Reg. xvij. q̄ persuasit ei multiplicationē farine in hydria et olei in lechito tpe quo clausum est celus et penuria terrā inuasit. Quid dicemus de prudētia Sare: que intellexit ludum inter Isaac et Dīmāelē nō esse bonum neq; h̄m dñi voluntatem. dixitq; Abrae: Ecce ancilla et filiū eius: nō em̄ erit heres filius ancille cum filio meo Isaac. Gen. xxi. Quid de Rebecca sollicita ad p̄curandū quō Jacob benedictiones a patre que debebatur primogenito obtineret. Gen. xxvij. Quid de autoritate delibore: q̄ dei populū iudicauit: docuitq; filiū barach qualiter populū dei de manu sifare liberaret? Iudicum. iij. Quid de Bersabee matris Salomonis prouidentia que ad regē Dauid senescentē nimis tam pulchra oratione expetiuit vt filius ei⁹ Salomō regnaret post ipsum iij. Regū. i. Quid de Sare filie Rague: lis deuotione: que tam deuote dñm orauit vt eā liberaret de improperio qd̄ audierat ab ancilla dicēs: Ad te dñe facies meas cōuerto: ad te oculos meos erigo. Peto dñe vt de vinculo improperij huius absoluas me: aut certe desup terras eripias me. Tobie. ij. Quid de Judith que populū cōfortauit: et Holofernē tyrannū interfecit? Quid de Hester regine cautela: que regem placauit eo tēpore quo illum senserat fore letum in conuiuiis. Quid de Abigail ingenio siue industria: que cum vidisset virum suū Nabal dure respōdisse nūcqs Dauid: festi-

nauit et tulit diuersa enrenia: et Dauid iratum placauit. i. Reg. xxv. Multe nēpe fuerunt mulieres p̄stātes fide: prudentia: sollicitudine: autoritate: prouidentia: deuotione: constantia: cautela: ingenio: pietate: benignitate: liberalitate: humanitate: pudicitia: sobrietate: cōtinentia: mansuetudine: hospitalitate: charitate: et religione: quas scriptura cōmemorat tam veteris q̄ noui testamenti: et tamen nulla eligitur vt xpm concipiat nisi sola Maria. O igitur virgo in eternum benedicta. O gloriosa domina benedicta excelsa super gloriosa: tibi conuenit illud Prouerb. vlti. Multe filie congregauerūt diuitias: tu supergressa es vniuersas: q̄ in te incarnatus est saluator mūdi: qui sit benedictus per infinita secula seculorū. Amen.

¶ Feria quinta post primā dñicā aduentus: de perpetua virginitate sancte marie virginis: que fuit vera mater dñi nostri iesu christi. Sermo. v.

¶ Iesu matris virginitas. Fructus. v.

**Præcessit** dies autē appropinquauit. Ierū vbi. s. Admirabile incarnationis mysteriū ex omni parte cōuertit animū in stuporē: et potissimū cū nobis occurrit xpm dei filiū esse de virgine natū. Quis audiuit vnq̄ tale: aut q̄s vidit vnq̄ huic file? Certū em̄ est q̄ natura talem effectū p̄ducere nō potuit: nec pōt. Deus ipse illud fecit potentia sua ineffabili. Et qm̄ matris priuilegia in filij honorē deueniūt: iccirco in presenti sermone de incarnatione loqui volētes: stolum dirigemus ad eā que digna fuit: vt et ipsa dei filius nasceretur. Dicemusq; de ipsius virginitate perpetua sub vno fructu qui est Iesu matris virginitas. Pro cuius declaratione tres conclusiones preponimus declarādas.

- Primo dī pbationis.
- Secūda dī rationis.
- Tertia dī decorationis;

¶ Ex testimonio pphetico: angelico  
 & ecclesiastico apparet matrem xpi fuisse  
 virginem & qualiter confundunt iudei &  
 heretici contrariū sentiētes. Capm. s.



Prima conclusio de pbariōis.  
 In qua fundamētaliter pro  
 bandū est Jesu xpi matrem  
 fuisse virginē. Quod quidē tri-  
 plex autoritas manifestat.

Prima est autoritas pphetica.

Secunda est angelica.

Tercia est catholica.

¶ Prima autoritas virginitatē marie ma-  
 nifestās de pphetica. Dicit nāq; Esaiē  
 viij. Ecce virgo concipiet & pariet filium.  
 Sed hęc autoritatē iudei dicūt nō posse  
 intelligi de xpo. Dicūt em̄. Primo q̄ ibi  
 dicitur: Dabit dñs vobis signū. s. liber-  
 tatis Achaz: & populi sui a duob; regib;  
 regnū eius destruere volētibus. Jesus  
 autē nazarenus natus est post tempus  
 Achaz p̄ quingētos annos et amplius:  
 ergo concēptio vel natiuitas Jesu naza-  
 reni nullo mō fuit signū dicte liberatio-  
 nis. ¶ Secūdo arguūt: q̄ in hebreo dicit:  
 Ecce palma: qd̄ nomē nō significat vir-  
 ginē: sed adoleſcētulā & indifferenter su-  
 mitur pro virgine & corrupta. ¶ Tertio  
 arguūt: q̄ in dicta pphetia ponitur.  
 Et vocabitur nomē eius emanuel: et in  
 hebreo habetur: & vocabitur ipsa. s. hal-  
 ma nomē eius emanuel. Jesus autē non  
 fuit vocatus a matre sua emanuel: sed  
 Jesus vt̄ p̄t̄ in euangelio: ergo hoc s̄m  
 litterā nō pōt̄ intelligi de xpo. ¶ Quar-  
 to arguūt: ex hoc qd̄ subdit in Esa. viij.  
 Anteq̄ sciat puer vocare patrē & matrē  
 Et quo p̄t̄ q̄ in puero de quo hic est ser-  
 mo fuit ignorantia: qd̄ christiani negāt  
 de Jesu nazareno: in quo fuit plenitudo  
 scientie ab instanti sue concēptionis.  
 Ideo dicunt iudei q̄ hęc scriptura expo-  
 nitur de Ezechia filio regis Achaz: qui  
 post dictum pphete natus est. Sed  
 hoc dictum impugnat rabbi Salomon  
 per hoc q̄ Ezechias erat. xviij. annorum  
 quando cepit regere post Achaz patrem  
 suum immediate: vt̄ habetur. iij. Regū  
 xvij. Achaz regnavit tm̄. xvj. annis: vt̄  
 habetur. iij. Regū. xvj. ergo in principio  
 regni Achaz anteq̄ diceretur prophe-  
 tia Ezechias erat natus & erat. ix. anno  
 rum. Et propter hoc dicit rabbi Salo-  
 mon q̄ hęc pphetia intelligenda est  
 de filio Esaiē. Acceperat em̄ Esaias in  
 vxore quēdam iuueniculā: & iam concēpe-  
 rat de eo. Et quia de puero existente in  
 matris utero nescit si sit masculus vel  
 femina: ideo qm̄ certitudinaliter predi-  
 tur signū est credibile q̄ illud qd̄ pro-  
 mitteretur ad tale signū sit futurū: est ergo  
 sensus Pariet filium: & qm̄ in natiuita-  
 te eius videbis verbum meum verificā-  
 tum: scias te a duobus regibus te inua-  
 dere disponētibus cito liberandum. Et  
 ita fuit: q̄ post ad petitiones Achaz rex  
 assyrioz venit in Damascum cōtra Ra-  
 sim regem syrie & eū interfecit: et popu-  
 lum eius trāstulit in cyrenē: vt̄ habetur  
 iij. Regū. xvj. Et eodē anno vt̄ ibidē d̄:  
 Osee filius hela coniuravit contra pha-  
 ceē filiū Romelie regem israel: et eū in-  
 terfecit. Sed ista expositio nō pōt̄ stare  
 q̄ in p̄t̄facto. c. viij. d̄ de puero nato.  
 Et erit errētio alarū ei; . s. regis assyrio-  
 rum: implēs latitudinē terre tue o ema-  
 nuel. Et loquit̄ ibi de terra regni iudee:  
 cuius nunq̄ dñs fuit Esaias nec filius  
 ei;. Et sic emanuel de quo fit sermo: non  
 fuit filius Esaiē. Insuper eodē. c. viij. d̄  
 Anteq̄ sciat puer vocare patrē et ma-  
 trem auferet fortitudo damasci: et spo-  
 lia samarie corā rege assyrioz. Sed an-  
 te nonū annū regis Osee nō fuit capta  
 Samaria a Salmanasar rege assyrioz:  
 vt̄ habetur. iij. Regū. xvij. licz Osee  
 ante fuerit tributarius regis assyrioz.  
 Et sic a natiuitate pueri de quo hic est  
 sermo: si fuit filius Esaiē vsq; ad captio-  
 nem Samarie fluxerunt anni. xvij. scilz  
 viij. de regno Achaz & ix. de Osee quia  
 puer fuit natus. iij. anno Achaz. Ante  
 ho. xvij. annos puer scit vocare patrē  
 et matrē. Et propterea nos confite-  
 mur q̄ hęc scriptura loquitur de domi-  
 no nostro iesu christo: vt̄ patet. Mat. s.  
 B. iij

## Feria. V. post dñicam. I. aduētus.

et exponit a docto. catholicis. Ecce virgo concipiet et pariet filium. i. beata Virgo. Et vocabitur nomen eius Emanuel: quod est interpretatum nobiscum deus. Ad primum autem quod iudei opponebant dicendum est secundum Nicol. de lyra: quod in sacra scriptura ponitur duplex significatio respectu alicuius euentus. Unum pronosticum quod est indicatiuum effectus futuri: ut patet in Iudicio. vs. c. ubi datum fuit signum Bedeconi in vellere: quod indicatiuum sue victoriae future fuit. Aliud est signum memoratiuum effectus preteriti: sicut Exod. iij. dixit dominus Moyse. Hoc habebis signum quod miserim te. Cum tu eduxeris populum meum de egypto in montem deum super montem istum. Illud signum quod est memoratiuum respicit preteritum in magna distantia sicut in parua: ut etiam signum pronosticum respectu futuri. Quod dicitur ergo quod liberatio regni iudee a persecutionibus fuit signum saluatoris mundi fiende per christum. Et quia Achaz erat incredulus verbo prophetie conueniens fuit ut sibi daretur signum memoratiuum futuri in longinquo: ut ipse in propria persona non videret sicut in mente non credebat. Illud tamen qui descenderunt ab eo viderunt ut Maria et Joseph. Et ideo signanter prophetia non dixerit sibi ad Achaz dicitur. audi Achaz: sed ad domum David dicitur. audi te ergo domus David: de qua domo fuit Joseph et maria: non tamen ad eos refertur: quod ibi dicitur. Nunquid paruum vobis est etc. sed quod subditur dabit dominus ipse vobis signum. Ad secundum dicitur quod halma in hebreo significat absconditionem: et inde halma dicitur absconsa: que significat inuenculam aspectibus hominum absconditam: ita quod de eius pudicitia et integritate non dubitatur: maxime quia ponitur littera h. et tunc sonat sicut haalma. Et sic non inueniuntur in tota scriptura scripte: nisi tamen tres: scilicet Rebecca. Gen. xxiii. ubi dicitur de ea. Puella decora nimis virgoque pulcherrima etc. et sequitur: Puella als virgo que egredietur. In hebreo habetur halma que egredietur. Secunda fuit maria soror moysi: de qua Exod. ij. dicitur: Fuit

puella. In hebreo dicitur: Fuit haalma. Et iste due fuerunt due virgines purissime quia fuerunt sic nominate. Tertia fuit beata virgo Maria in hac prophetia Esaię. Ad tertium dicendum: quod duplex est nomen alicuius. scilicet impositio: sicut autem vel hic homo est nomen nature. Iesus ergo fuit nomen impositum ipsi christo: ut patet Lucę. ij. Emanuel autem est nomen nature seu proprietatis: significat enim nobiscum deus: ut dictum est. Et hoc est proprium christi in quo diuina natura et humana sunt coniuncte in eodem supposito. Et hoc modo vocatus est pluribus alijs nominibus proprietates natura significantibus: sicut vocatus est lapis Daniel. ij. Ad quartum dicitur quod in christo non fuit aliqua ignorantia: fuit tamen homo in tempore: et sic habuit scientiam infusam in tempore et antequam illa haberet liberatio populi promissa per Esaiam completata fuit. Secunda auroras manifestas virginum: scilicet marie dei angelica. Nam Lucę. ij. cum beata Virgo dixisset: quomodo fiet istud etc. Angelus respondit. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obruabit tibi: ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Sed contra istam veritatem insurgunt heretici dicentes beatam virginem non fuisse virginem. Et arguunt primo quod Deut. vii. c. dicitur: Non erit apud te sterilitas vtriusque sexus tam in hominibus quam in gregibus tuis. Sed beata Virgo nihil debuit facere quod esset contrarium legi: ergo beata Virgo virginitate non debuit acceptare. Secundo arguunt: quod Matth. j. dicitur: Joseph non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum: ergo post cognouit eam. Tertio arguunt: quod Johan. ij. dicitur de christo quod descendit in carphanaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius: ergo habuit fratres carnales: quia aliter non poneretur copula inter fratres et discipulos. Quarto arguunt: quod Lucę. ij. dicitur: Dixit mater eius ad illum. Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te: ergo Joseph fuit pater christi. Ista do-

gmatizavit Deluidius hereticus pessimus: quē validissime deiecit Hieronymus in quodā libello quē edidit contra eum. Ueruntū ne nos per multa uagetur: ridemus ad prima obiecta sūm doctrinā magistrī sententiarius dist. xxx. iij. lib. q̄ beata h̄go maria ex instinctu spiritus sancti p̄posuit se seruaturā uirginitatem si deo placeret. Cū autē uolūntatem dei cognouit uerū expressit: hoc cōfirmatur. xxvij. q. ij. c. sufficiat. r. c. Beata Maria. ¶ Ad scdm̄ dicēdū sūm Ricb. in. iij. di. xxx. q̄ in illa auctoritate Mat. donec accipitur sicut in ps. cix. Sede a dextris meis donec r̄. qd̄ nō intelligit q̄ postea non sedeat: sed q̄ usq̄ tunc et postea. Nam sicut dicit Nico. de lyra. sup̄ Math̄eū donec significat aliquē tēpus determinatū quo transacto fit aliquid. Aliquādo ponit p̄ semp. Et sic accipit hic: r̄ in auctoritate psalmiste p̄allegata. Primogenitus etiā in scriptura non solum d̄ post quē alij: sed etiā ante quē nullus etiam si nullus alius sequatur. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ fratres nō solum dicantur qui eisdē parētibz nascuntur: sed etiā cōsanguinei germani. Uñ Paulus ad Gal. s. dicit: Alium ap̄stolum uidi neminē: nisi Jacobū fratrem dñi. Erat em̄ Jacobus cōsanguineus Jesu xp̄i filius sororis beate Marie: sicut r̄ alij: ut Johānes r̄ Simon chananæus: de quibus loco suo dicemus. ¶ Ad quartū dicēdū est q̄ Joseph ibi intelligit p̄ xp̄i putatiue. Uñ Hiero. sup̄ Mat. in illo uerbo uenit Joseph uirū Marie. Cū uirum inquit audieris suspitio tibi nō subeat nuptiarum: sed reco: daret p̄suetudinis scripturarū: q̄ sp̄s uiri r̄ sp̄se uocant urores. Uoluit nāq̄ xps̄ suā m̄rem h̄ginē fuisse desposatā. Uñ ut eius genealogia p̄suetō mō texeret p̄ uirū: ut Amb. dicit sup̄ Lu. Uñ ut h̄go liberaret ab infamia: r̄ sic ne tāq̄ adultera lapidaretur. Uñ etiā ut dicit Amb. sup̄ Lu. ut ab ip̄so ioseph testimonij haberemus de sua sp̄oia urore uirgine p̄gnate. Et em̄ dicit

Mat. postq̄ uidit ioseph uirginē filius dei in utero tenētem uolebat dimittere eā: nō q̄ aliqd̄ mali de ea suspicaret sūm Ch̄yph. sed q̄ igno: abar mysteriū. Et eo sic cogitante: angelus dñi apparuit sibi in somnis di. Mat. s. Joseph fili dauid noli timere accipe Mariā uirgē tuā: sc̄y ad habitationē tecū: qd̄ em̄ in ea natus est: de sp̄sctō est r̄. Ps̄ ergo ex testimonio angeli tā h̄gini q̄ ioseph apparentis: ipsam h̄ginē gl̄iosam intactā oīno p̄māssisse. ¶ Tertia auctoritas d̄ catholica. In simbolo. fides eq̄dē immaculata dixit xp̄m̄ conceptus de sp̄sctō: natū ex Maria h̄gine. Et ecclesia cātat. Sancta h̄go h̄gini: oīa p̄ nobis.

¶ Conueniēs fuit xp̄i m̄rem h̄ginem esse p̄pter p̄seruationē paterne dignitatis r̄ puritatis filij ac p̄pter finē incarnationis. Cap. ij.



¶ Eūda cōclusio d̄ rōnis. In qua uidere debemus quare xps̄ debuit h̄ginē m̄rem h̄re. Ad qd̄ adducim̄ tres rōnes q̄ allegat sc̄tus Tho. in. iij. parte. q. xxvij. arti. s.

Prima est p̄pter dignitatē p̄ris.

Secūda est p̄pter puritatē filij.

Tertia est p̄pter incarnationis finē.

¶ Prima rō est p̄pter dignitatē patris sc̄y conseruādā. Cū em̄ xps̄ sit uerus deus: nō debuit habere alium patrem q̄ deus. Nā filius alicuius nobilissimi patris: nō debet attribui alteri patri ignobili r̄ indigno. Cum ergo christus esset eterni patris dei uerus naturalis r̄ consubstantialis filius: non fuit cōueniēs alius patrem habere. ¶ Secūda ratio est propter puritatem filij. Nā uideamus q̄ flos a radice ouitur sine radice corruptione: r̄ splendor a luce uel sole sine lucis uel solis lesione: r̄ uerbu a corde uel mente absq̄ mentis contagione. Cum ergo christus sit flos a radice patris descendens r̄ candor lucis eterne r̄ dei patris uerbum: consequens fuit q̄ sine corruptione matris conciperetur. Nā conceptio si uerbi nostri: qd̄ est imperfectus

corruptionē nō patit̄ multomagis cō-  
ceptio verbi perfecti. Quia igitur caro sic  
fuit a verbo dei assumpta: vt esset caro  
verbi dei: cōueniēs fuit q̄ ipa caro si-  
ne corruptione matris conciperetur.  
¶ Tertia rō est ppter incarnationis finē.  
Nā ad hoc facta fuit incarnatio: vt ho-  
mines renascerentur in filios dei: vt dicit  
Job. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri  
his q̄ credūt in nomine eius: q̄ nō ex san-  
guinibus neq; ex voluntate carnis neq;  
ex voluntate viri: s; ex deo nati sunt. Per  
carnē s̄m Nicol. de lyra intelligēda est  
hic mulier Gen. ij. Voc nūc os ex ossib;  
meis: caro de carne mea assumpta est.  
Filij ergo dei nō debebāt nasci volūta-  
te carnis et viri. i. cōiūctione maris et fe-  
mine. Ob quā causam xps debebat nas-  
ci de virgine. Cū Aug. li. de virginitate  
ait: Oportebat caput nostrū i signū  
miraculorū s̄m corpus nasci de virgine:  
vt significaret sua membra s̄m sp̄m de  
virgine ecclesia nascitura. Sed cur vi-  
tamus ista predicare de virginitate ma-  
rie: quam Ezech. xliij. prouidit in por-  
ta clausa: de qua dicit: Porta hec clausa  
erit et nō aperiet et vir nō trāsibit per  
eā: qm̄ dñs deus israel ingressus est per  
eā. Qd̄ exponēs Aug. in quodā sermo-  
ne dicit: Quid est porta in domo domi-  
ni clausa: nisi q̄ virgo maria semp̄ erit  
intacta? Et quid est: hō nō trāsibit per  
eā nisi q̄ Joseph nō cognouit eā? Et quid  
est: dñs solus intrat et egredit̄ per eam:  
nisi q̄ sp̄s sc̄s impregnauit eā: et dñs  
angelorū nascit̄ per eā? Et qd̄ est: clausa  
erit in eternū: nisi q̄ Maria virgo est  
ante partum et virgo post partum.  
¶ Q̄ solavirgo maria fuit mater et s̄go:  
et qualiter fuit vera et propria mater: vt  
p̄t̄ ex dictis sacre scripture: et rōnibus  
doctorum. Caplin. iij.



Teria conclusio dicitur de decoratiōis.  
Fuit nāq; beatavirgo in sua  
virginitate decorata p̄mle-  
gio quodaz singulari vt esset  
virgo simul et mater. Qd̄ aut̄ ipsa vera  
fuerit mater iesu xpi atq; realis decla-

ratur tripliciter.

Primo auctoritate.

Secundo ratione.

Tertio inuocatiōe.

¶ Primo declaraf q̄ beatavirgo fuerit  
vera mater iesu xpi auctoritate. Nam  
Luc. j. dixit ei angelus. Paries filiū. Et  
iterū ibidē beatavirgo audiuit beatam  
Elizabeth dicentē: Cū hoc mihi vt ve-  
niat mater dñi mei ad me. et Luc. ij. Pe-  
perit filiū suū p̄mogenitū. Et eodez. c.  
Dixit mater ei ad illū. et Mat. ij. Et in-  
trantes domū inuenerūt p̄uē cū Ma-  
ria matre eius. Et eodez. c. Angelus ap-  
parens Joseph dixit ei: Surge et acci-  
pe puerum: et matrem eius. et Job. ij.  
Nuptie facte sunt in chana galilee: et  
erat mater iesu ibi. et Job. xix. Stabant  
aut̄ iuxta crucem iesu mater ei et soror  
matris ei et c. ¶ Secdo p̄batur rōne q̄  
brā s̄go fuerit vera mater iesu xpi. Nā  
vt colligit̄ ex dictis sc̄i Tho. in. iij. p̄te  
q. xxxij. ar. iij. et p̄te. j. q. xxvij. ar. ij. ad hoc  
q̄ aliq; sit pater: vel aliqua sit mater:  
vel aliq; sit filius: quattuor requirunt̄:  
scz vite generatio: substātie collatio: ma-  
terie preparate administratio: et nature  
specifice assimilatio. ¶ Primo em̄ requi-  
ritur vite generatio. Nā nō ex quacūq;  
generatione sequit̄ paternitas vel ma-  
ternitas vel filiaris: sed ex generatione  
viuentium. Et id̄ si aliqua mātata ex ali-  
qua materia fiat: non ppter hoc sequitur  
in eis rō paternitatis: vel maternitatis  
vel filiationis. Sicut si ex ligno fiat scā-  
nū: nō ppter hoc lignū dicit̄ pater scan-  
ni. Vlt̄ nō dicit̄ q̄ ignis generat̄ ex igne  
sit filius ignis generatis. ¶ Secdo requiri-  
tur collatio substātie. Nā si aliq; facit  
aliquid non cōferendo de sua substātia:  
non dicit̄ pater vel mater. Sicut artifex q̄  
facit scānum nō dicit̄ pater scāni nec scāni  
filius ei. ¶ Tertio requirit̄ materie pre-  
parate administratio. Nō em̄ simplici-  
ter prebere materiā ad generationē ali-  
cuius facit patrē vel matrē: sed prebere  
materiā sic preparatā. Sicut terra non  
dicit̄ pp̄ie marer hoīs: nec hō pater ver-

Feria. VI. post do. I. aduētus. Sermo VI

mis vñ formaf. Quarto requirit mater  
ne specificè affimilatio. Nā si genitū nō  
affimiliter generati in natura specifica  
generas nō dī pater nec genitū dī filiū.  
Sicut capillus q̄ ab hoīe generat nō dī  
filius. Cū ergo hē quattuor conditiones  
fuerint in bñā h̄gine: p̄ q̄ fuit vera ma-  
ter xpi. Primo nāq̄ genuit xpm viuus.  
Uñ Damascen⁹ li. iij. Fil⁹ dei h̄xit ex ca-  
rissimis ⁊ purissimis sanguinib⁹ virgi-  
nis marie carnē atātā aīa rōnali. Sc̄do  
beata h̄go xpo de sua substantia pbuit.  
Nā vt dicit sc̄tūs Tho. in. iij. di. iij. bea-  
ta h̄go in generatiōe xpi cōtulit h̄cquid  
alia mater cōferre d̄ ad gnationē filij.  
Si ergo alie mulieres vere dicūtur ma-  
tres ⁊ beata h̄go nō poterit dici mater.  
¶ Tertio bñā h̄go nō solū materiā pre-  
buit ad conceptionē xpi: sed materiā sic  
pparatā. Quarto produxit sibi simile in  
specie suā. s. speciosissimū filiū. ¶ Tertio  
pbat q̄ bñā h̄go fuerit vera mater xpi  
inuocatione. Nā ecclia sc̄tā dicit ipas re-  
ginā mīe esse matrē xpi cū eā inuocat: vt  
ibi: Aue maris stella dei mater alma. et  
Alma redēptoris mater. Et profecto est  
valde gratissimus hoc h̄bū mater h̄gini  
glōse cuz sibi dī: q̄ in hoc exprimit oīs  
sua p̄fectio: laus ⁊ gl̄ia. Vinc est q̄ Eccl̄  
xliij. de seipsa dicit: Ego mater: sc̄z sin-  
gulari mō: mater virgo: mater intacta:  
mater inuolata: mī pulchre dilectiōis  
timoris: magnitudinis ⁊ sc̄tē sp̄i. In  
me gr̄a om̄is vie ⁊ veritatis. In me oīs  
sp̄s vite ⁊ virtutis. Trāste ad me oēs  
q̄ cōcupiscitis me: ⁊ a generationi bus  
meis implemini. Sp̄s em̄ meus super  
mel dulcis: ⁊ hereditas mea sup mel et  
faū. O q̄ dulce vocabulū ad dicēdum  
mī xpi: q̄ fructuosum p̄ oibus ad alle-  
gādū. Iō i aduersitatibus: ⁊ angustis:  
in periculis: ⁊ oī tribulatione ad virgī-  
nē tā decorā recurramus: q̄ h̄re meruit  
in vtero suo regē celoꝝ ⁊ dñm: a quo vt  
a filio impetrat nobis gr̄am quā nobis  
cōcedat ipse iesus xps piissimus: qui est  
bñdictus ⁊ laudabilis per infinita sc̄la  
seculorum. Amen.

¶ Feria sexta post primā dñicam aduē-  
tus de annūciatione dñi nostri iesu xpi  
facta per angelū gloriose virgini Ma-  
rie: de stupēdis mysterijs huius annū-  
ciationis ⁊ p̄conijs dignissimis virgi-  
nis bñdicte.

Sermo. vi.

¶ Iesus annūciatus. Fructus. vi.

**N**ox p̄cessit dī  
es aut̄ appropinquauit.  
Iterū vbi. s. Sacramē-  
tum ineffabile incarna-  
tionis filij dei ita solēnt  
ter celebratum est: vt oēs angelici choꝝ  
conuertentur ad leticias ⁊ exultationē:  
eo sc̄lz tempore quo per sanctam trinis-  
tatem facto consilio angelicus nuncius  
est deputatus: vt mitteretur ad virgīnē  
ad annūciandum sibi desponsationē  
eterni regis ex qua seq̄ debebat par hu-  
mani generis: ⁊ salus totius mundi. Et  
qm̄ tale mysteriū est satis efficacissimū  
corda dura mollire ac liquefacere i amo-  
rem dilecti iesu: carco i presenti sermo-  
ne de ipsius annūciatione dicemus sub  
vno fructu: qui est iesus annūciatus.  
Pro cuius declaratione tres conclusio-  
nes erunt norande.

Prima conclusio dī cōgruitatis.

Sec̄da conclusio dī qualitatis.

Tertia conclusio dī virtuositatis.

¶ Angelus debuit annūciare virgi-  
ni conceptionē filij dei: vt ex hoc serua-  
retur ordo ex parte dei ⁊ cōformitas re-  
parationis cuz lapsu: ⁊ virgo purissima  
ardentius se disposeret ad xpm suoyre-  
ro recipiendum.

Cap. i.

**P**rima conclusio dī cōgruitatis  
In qua videbimus qualiter  
angelus p̄gruenter ad virgī-  
nem missus est ad annūciā-  
dū dei filij cōceptū triplia rōne.

Prima rō sumit ex parte dei.

Sec̄da rō ex parte angeli.

Tertia rō ex parte virginis.

¶ Prima rō sumit ex parte dei: vt serua-  
ret ordo quē ip̄e statuit: q̄ mediātibus  
angelis diuina hoībus nūciat. Et hec